

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0119
	0117
	0123
108	0113
Dns. Caspar de Bulach, miles.	0128
Dns. Georius Marx, miles.	
Dns. Nicolaus, dictus major Inkrut, miles.	0108
Conradus barbitonstor, lutanista, coccus et procurator.	
Pater Paul Güglinger, Ordinis Minorum sacerdos.	0168
Frater Thomas, conversus ejusdem Ordinis, multarum linguarum peritus.	
In tertia societate erant sex peregrini, quorum haec sunt nomina :	0068
Dominus Hainricus de Schauenberg, miles.	0218
Dominus Caspar de Siculi, miles.	
Dns. Sigismundus de Morsbach, miles.	0018
Dns. Petrus Velsch, miles.	
Dns. Johannes Lazinus, archidiaconus et canonicus ecclesiae Transsylvaniae in Hungaria.	0618
Frater Felix, Ordinis Praedicatorum de Ulma, hujus evagatorii expositor, qui praefatum dominum archidiaconum societati nostrae inserui. Non enim peregrinationem illam assumpsisset, nisi sub mea confidentia, quia erat purus Hungarus, non unum verbum teutonicum sciens, sed in latina lingua et sclavonica et italica et hungarica peritus erat. Fuit autem vir nobilis, virtuosus et doctus, orator magnus et mathematicus, qui, ut praemisi, mihi adhaesit semper, ut patebit in sequentibus. Porro Elphahallo, Calinus minor, in cuius domo peregrini manebant, de quo prius saepe facta est mentio, et in sequentibus saepe fiet, venit hic describendum. Nam hospitale et peregrini Christiani habent in Jerusalem duos magistros, superiorem et inferiorem. Superior dicitur Sabathytanco, et Calinus major. Inferior vocatur Elphahallo, Calinus minor, i. e. magister hospitalis et peregrinorum. Ambo etiam Calini dicuntur Trutschelmanni, i. e. defensores et ductores, sive provisores Christianorum peregrinorum (222 A). Sunt enim in qualibet civitate aliqui, quibus Soldanus concedit, ut Christianos per terram ducant et eos protegant, et sunt magistri officiales de curia domini Soldani et dicuntur Trutschelmanni. Sic etiam Judaci habent suos Trutschelmannos sive Calinos. Et in locis, ubi est magnus et frequens adventus peregrinorum, sunt duo Calini, major et minor, sicut in Jerusalem et	1118
	Ende
	Anfang